

	128 126 132 122 137 117 177 077 227 027 Ende Anfang
<p style="text-align: center;">OLPHI PRÆCEPTA.</p> <p>INQUISITIO ALTITUDINIS GRADUS ECLIPTICÆ NONAGESIMI AB ORIENTE.</p> <p>I. In loco, cui Sol centraliter deficit in ipso gradu Nonagesimo.</p> <p>Arcus inter centra Disci & Penumbra, in medio Durationis, convertatur in arcum Quadrantem. Ejus igitur arcus complementum ad Quadrantem, est altitudo Nonagesimi, in medio Durationis. Quod si altitudo est borealis, Nonagesimus vergit in Austrum; si australis illa, iste declinat versus Boream. Ecce in loco, qui tantam admittit altitudinem Solis, in gradu Nonagesimo ab oriente Eclipticae gradus, inq; contraria latitudini Luna planam a vertice vergentis, deficit Sol centraliter.</p> <p>Si in Exemplo, scrupula latitudinaria in Diœo, dabat arcum Terræ $34^{\circ} 4'$. Ergo altitudo Nonagesimi in loco, ubi Sol totus deficit in Nonagesimo, fuit $55^{\circ} 56'$. Et quia latitudo Borealis fuit: Nonagesimus ergo vergit a vertice loci in Austrum.</p> <p>PRÆC. II. In loco, cui Sol in ipso Nonagesimo stringitur in summo vel imo margine, aut quotlibet digitis ab illo margine deficit.</p> <p>Si Sol debet stringi ex illa plaga, qua latitudinem Lunæ denominat; addere latitudini Semidiametrum Penumbra, eritque Summa plaga eiusdem. Si Sol stringi debet ex plaga contraria, tunc vel Semidiametrum Penumbra, si minor sit, subtrahere a latitudine Lunæ, refabulante scrupula latitudinis plage similiter eiusdem cum latitudine tota; vel latitudinem, si minor, à Penumbra Semidiametro subtrahere; residua erunt scrupula plage contraria, quam erat ipsa Luna latitudo.</p> <p>Denique quot digitos, loco meri contactus, vis effектus a plaga qualibet, tot duodecimas partes de Semidiametro Penumbra, à Summa latitudinis & Penumbra, vel ab excessu Penumbra, aufer; excessu vero latitudinis addere. Scrupula si formata, si excesserit Semidiametrum Diœi & Terræ; locus Phasii electæ, nullus erit in Terræ, sed excurret ultra fines Globi Terræ in Septentrionem vel Austrum: si autem Scrupula pauciora fuerint Scrupulis in Semidiametro Diœi Terræ, ea redige in arcum circuli Maggi Terræ. Tunc iterum hujus arcus complementum ad Quadrantem, est altitudo Nonagesimi: cui adscribenda est plaga contraria ejus, quam professa erant Scrupula latitudinis.</p> <p>PRÆC. III. In loco, cui Sol centraliter deficit in ipso Ortu vel Occasu, sc. in principio & fine totalis defectus, per universam Terram.</p> <p>Primùm queratur altitudo Nonagesimi, in loco obumbrato, in medio Durationis, cui apponatur titulus conveniens, Borealis vel</p>	<p>Australis. Deinde considera, num accedit Luna ad alterutrum Nodorum, an ab eo discedat. Si accedit, aufer $5^{\circ} 18'$, ab inventa altitudine principio, adde rotidem pro fine: at si Luna discedit a Nodo; adde pro principio, aufer pro fine. Ita habetur altitudo Nonagesimi, competens locis, quibus Sol totus deficit, in principio Durationis totalis oriens, vel in fine illius occidens.</p> <p>Quod si altitudo primò quæsita, fuerit major, quam gr. $84^{\circ} 42'$; peracta additione, pro eo quod colligitur plus Quadrante, sumendum erit complementum ad Quadrantem, titulusq; se ut denominatio altitudinis primò constituta, mutanda in contrariam.</p> <p>Cum in Exemplo, cupio dicere tractum, quem Umbra Luna observavit per Terræ superficiem, præsternit à principio usque ad cœnare obscurationem. Et quia Altitudo Nonagesimi in ipsa obscuratione maxima, seu media duratōne, fuit inventa $55^{\circ} 56'$ in Austrum, Luna vero accedit ad Nodum: aufero $5^{\circ} 18'$, restabit $50^{\circ} 38'$, altitudo Nonagesimi, in loco quem Luna cum Sole orans umbras sua ferit, terram invadens.</p> <p>IV. In loco, cui Soloriens à superiori occidentali margine incipit deficere, vel occidens à superiori orientali parte deficit: quorum ille defectum ab initio ad finem visarua est, iste jam vidit.</p> <p>In hoc casu à Logarithmo Logisticō Scriptū lorū dimidiat Durationis omnimoda (sed que sunt autē portione sūtanā, quanta pars Parallaxes Lunæ, est Parallaxis Solis) aufer Logarithmum Logisticum summam Semidiametrum Disci & Penumbra, restat Logarithmus; qui vel in Heptacosiadis columnā Arcuum, vel in Canone Logarithmorū Semicirculi, ostendit angulum, scrupulis Durationis oppositum in Diœo Terra. Erjam hunc angulo vel subtrahere vel addere gradus $5^{\circ} 18'$, legibus prius dictis: ita provenient altitudo Nonagesimi, competens locis, in quibus Sol vel ortu incipiens eclipsari, vel occidens definies.</p> <p>Porrò quod attinet titulum seu denominationem Nonagesimi: eam hoc casu plerumque (& quando Eclipse potest alicubi fieri totalis, semper) est contraria denominationi latitudinis. At quando Eclipse minimæ quantitatis non nisi in extremis partibus ad Septentrionem vel Austrum spectari potest; si interdum, ut angulus scrupulis Durationis oppositus, prodeat tam parvus, ut $5^{\circ} 18'$ subtrahi non possit. Tunc igitur vicissim subtrahens ille angulus à $5^{\circ} 18'$, restat linquer altitudinem Nonagesimi, plaga eiusdem cum latitudine, non contraria;</p> <p style="text-align: right;">48:(o):80</p> <p style="text-align: right;">V. In</p>